Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26110
Copyright: Admont, Benediktinerstift

duodecim incredibili ossuum dolore contritus. omni
carnerat incolumitate membrorum. cuius cruciatus
intolerabilis circumquaque uicinis factus fuerat ipsa
diuturnitate notissimus. Itaque nihil proficiente
diuersitate remediorum. tandem uidua mater ad
sem uirum uehiculo filium deduxit impositum. ante
ianuam monasterii precens desperatum. con
tinuatis fletibus redditi sibi unicum filium preca
batur incolumem. Sed uir dei sentiens a se mag
na deposci. fletur commotus aiebat. Quid oppri
mor oppinione fallaci. cur estimor posse quod
nequeo. non est uirtutis meae prestare tam grandia. con
silium tamen do tamque misericordiam consecutus
a deo. Tunc mandat mulieri. ut pauperibus aliquo
pro suis uiribus largiretur. Illa autem nihil morata. uestem
qua induta fuerat. se uelocem exuens. egenis diui
dere properabat. Quo audito. uir dei feruore eius
admirans. iterum mandat ut suis operiretur amic
tibus dicens. cum filius tuus tecum domino sanante
pretexerit. oportet uota supplebis. Indicto igitur
paucorum dierum de more ieunio. fusis ad deum
precibus iuxta sanauit infirmum. atque incolomem
suis gressibus ambulantem. remisit ad propria.
Qui cum postea nundinis frequentibus inter esset.
stupendum miraculum cunctis uidentibus exhibebat.
Non nulli enim dicebant. ecce ille qui fuerat totus
corporis putredine fetens. alius autem quod ipse